



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 47. Regis Philippi cessatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

Sæcul. XIV.
A. C. 1311.

quod tunc temporis pro eximia legis la-
xatae gratia habebatur.

§. XLVII legio. §. XLVII legio. §. XLVII legio.

Regis Philippi cessione.

Diff. p. 296.
Sup. l. 90.
§. 18.

In eunte anno proximo Rex Philippus Pulcher ab actione contra memoriam Bonifacii tandem destitit: ut docet epistola Papæ Clementi scripta; in qua rem repetit a senatu habitu Pariliis mense Martio an. 1303; ac denique declarat se illam futuro in concilio aut alibi decidendam Papæ Cardinaliumque judicio relinquere. Absit enim, adjungit, ut in dubium revocem illud, quod tua Sanctitas in fidei quæstione statuerit, præsertim cum approbatione Concilii. Dabat Fonte Bellæque mense Februario an. 1310 nempe 1311 ante Pascha.

p. 592.
Rayn. 1311.
n. 26.
Diff. p. 597.

Papa igitur edidit litteras, in quibus agnoscit Regem hanc actionem boni a nimo suscepisse, eumque afferit infontem capti Bonifacii & omnium illius temporis facinorum. Revocat & infirmat omnes sententias & sanctiones honoris, libertati, ac juribus Regis regnique noxiis a prima Novembbris anni 1300 editas, jubetque illas eximi de tabulis publicis Ecclesiæ Romanæ. Generali tamen venia excludit Guilielmum Nogaretum,

OXALI 131109. SOT. 11. CLEM. V.P. HENR. VII. OC. AND. II. OR. IMP. 715

garetum, Sciarram Columnam & quos- Sacul. XIV.
A.C. 1311.
dam alios de capto Bonifacio maxime
reos. Dabat Avenione 27 Aprilis, anno
1311, pontificatus sui sexto: nam se-
ptimum orsurus erat a quarta decima No-
vembris, qua coronatus fuerat.

p. 601.

Guilielmus Nogaretus perhibebat *Papebr. co-*
quidem se contra Bonifacium nihil fe- nat. p. *74.
cisse sine bonis rationibus; pro majore
tamen securitate absolutionem a Papa
Clemente flagitavit. Impertiit eam his
conditionibus: In primo transitu gene-
rali Nogaretus cum armatis equitibus
terram sacram adeat, ibi mansurus sem-
per, nisi poenæ spatium contrahamus.
Interea Vallem Viridem, Rupem Ama-
toris, Anicum, Bononiam maritimam,
Carnutumque, ac his in locis templa SS.
Virginis cultu celebria, præterea Fa-
num S. Ægidii, Montem Majorem, &
Compostellam religionis causa peregre
obeat. Hanc absolutionem Papa eodem,
quo priores litteras, die dabat.

§. XLVIII.

Henricus Luxemburgius in Italia.

Interim Henricus Luxemburgius Roma-
norum Rex Italiam intraverat, Romæ
coronam accepturus imperatoriam. An. *Rayn.*
te discessum Papæ Clementi solenniter *1310. n. 3.*
jurayerat fore, ut catholicam fidem de-
fende-